



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber

Luther, Martin

Vuittemberge, 1521

VD16 L 7151

Dvodecimo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33333

hominum calamitates ob oculos ponentes, eas deo exhibeamus, pro gratia inuocantes. Sed oportet hoc fieri serio & cū vera cōmiseratione, vt eiusmodi omnium mortalium calamitatibus & malis cōmōti, & sincera compassione super eos vera fide & fiducia oremus. Vbi ergo eiusmodi oratio sub missa non fieret, saū? & melius esset, missam omiti. Nam quomodo conueniat nos corporaliter in dōmo orationis conuenire, quo significatur, inuocandum & orandum esse publice pro tota omnium fidelium vniuersitate, & iterim orationes ita dispergere & partiri, vt vnusquisq; pro seipso tantum oret, nemine pro alijs curante & sollicito, & alienis malis miserente? Quomodo ergo possit hęc oratio, vtilis, bona, accepta, communis, aut opus dici festi diei & cōuentus? sicut faciunt, proprias orationes suas seruantes, hic pro hoc, ille pro illo, nihil habentes, nisi orationes proprię & priuatae vilitati seruientes, quas deus odio habet.

DVODECIMO.

¶ Huius publicę orationis ex antiqua consuetudine veluti reliquię remanserunt, & argumentum, quando in fine concionis siue sermonis confessio recēsetur, & pro tota Christiana republica pro concione oratur. Sed hic non esset subsistendum tanq̃ confecto negotio, vt nūc mos & vsus est, sed deberet esse admonitio per totam missam pro talibus calamitatibus orandi, ad q̃d nos concionatur exhortatur, Et vt digne oremus, nos nostrorum peccatorum p̃monet, per hoc humilians. Quod patissimis fieri decet, vt deinde populus agminatim deo sua peccata per se conqueratur, pro vniuersis vt ex animo, ita cum fide orans. O vnam agmen vsquam aliquod secundū hanc rationē missam audiret & oraret, vt publice & in concione sinceris & ex animo natus clamor ad deum ascenderet, quam inestimabilis virtus & auxiliū ex huiusmodi oratione sequeretur. Quid terribilius posset omnibus malis spiritib. accidere? Quod maius optis in terris posset fieri? Per quod tam multi prohi homines conuertuntur, tam multi peccatores conuertantur. Nā Ecclesia Christiana ceterā in terris maiorē potestātē, & maius op̃ nō habet, quam eius in dī orationem publicam & cōmunem, contra omnia quę ei aduersa accidere possunt. Hoc malus spiritus bene nouit, hoc nosē nihil non molit̃s vt hanc orationem impediat. Hic permittit nos pulchra extruere templa, multa fundare, insulare, organa pulsare, legere, cantare, multas missas celebrare, & id genus ceremonias innumerabiles exercere, quas nihil metuit, imo eos sic adiuuat, vt tanta iudicantes optima, putem⁹ eiusmodi cultura rem oprime cō-

Publica orō

F

fectam. Sed inter hæc hanc publicam, fortem, & vtilem orationem subverti, & sub hac specie omiti, hic habet quod requirit. Nam iacente & profligata oratione, nemo quidpiam malo spiritui adimet, nemo repugnabit. Observaturus autem, nos huiusmodi oratione vsuros etiam si sub tugurio & tecto stramentitio, vel hara esset, nimirum non permetteret eam procedere, sed eam longe vehementiù timeret quàm omnia sublimia, magna, & pulchra templa, turres, campanas, vbicunq; gentium esse possunt, si in eis eiusmodi oratio non esset. Certe nihil prorsus refert in quibus vel locis, vel structuris conveniamus, sed momentū est tantum in hac oratione inuicta, vt eam omnes vniuersum bene faciamus, eamq; ad deum venire curemus.

DECIMOTERTIO,

Vires & potentia orationis.

¶ Vires autem & potentiam huius orationis vel hinc conficiamus, quod olim Abraham pro quinque ciuitatibus Sodoma, Gommorra &c. deprecatus, eo promouit, vt si decem iusti in illis fuissent, hoc est duo in singulis, deus eas non deleuisset. Quid ergo fieret vbi multi in vna congregatio ne ex animo & vere deo cōfisi inuocarent? Ita dicit Iacobus. Orate pro inuicē vt saluemini. Multum enī valet deprecatio iusti assidua, hoc est, non deficient magis & magis orare, etiā nō statim affecta quod rogar, vt nō nulli faciunt pusillanimes. Cuius rei exemplū afferens ait; Helias homo erat similis nobis passibilis, & oratione orauit vt nō plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex. Et rursum orauit, & cœlum dedit pluuiā, & terra dedit fructū suum. Eiusmodi sententiarum & exemplorū nos agentium sunt in scriptura permulta. Ita tamen vt fiat cum grauitate, fide, & ex animo. Vt David dicit. Oculi dñi super iustos, & aures eius in preces eorū. Item. Dñs prope est inuocantibus eū, omnibus inuocantibus, cum in veritate. Cur addit inuocantibus eum in veritate? Quod neq; oratum, neq; inuocatum dicitur, vbi os solum demurmurat. Quid igitur deus faceret, te cū tuo ora, siue libro, siue baccis oratoris ita adueniente, vt nihil aliud cogites nisi vt orationem perficias, & numerum impleas. Vt interrogatus, quid cause esset aut quid instituisses orandum, tu ipse ignorares. Neq; enim tu considerasti & perpendisti deo vel hoc vel illud proponendi, vel petendi. Tua sola & vnica est causa, tibi hoc & tantum orationis esse impositum. Hoc vis seruare & perficere. Quid ergo miraris sæpe cœliis fulguribus & tonitribus incendi templa? nobis ex domo orationis domum delusoriam facientibus. Nos ne dicamus oratum vbi nihil neq; proponimus neq; petimus. Verum